

David Richter

**Shishah ve-I sh Ex I. Chron. III. 22. scrutabatur Cum Ad Natalem Serenissimi Ducis Atque Principis Dn. Caroli Leopoldi, Ducis Regnantis Meclenburgici ... cras V. D. d. XXVI. Novembr. A. MDCCXXXVI. celebrandum indicebat Festum ...**


Rostochii: Adler, 1736

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832279110>

Druck Freier  Zugang









DK-9453 (1)



15  
ו'ש'ל'ה'ש'ש'

Ex I. Chron. III. 22. scrutabatur

CUM

AD NATALEM  
SERENISSIMI DUCIS ATQVE  
PRINCIPIS

DN. CAROLI  
LEOPOLDI,

DUCIS REGNANTIS MECLENBURGICI, PRINCI-  
PIS VANDALIÆ, SVERINI, ET RACEBURGI, COMITIS ITEM  
SVERINENSIS, TERRARUM ROSTOCHII ATQVE  
STARGARDIÆ DYNASTÆ,

DOMINI NOSTRI LONGE CLEMENTISSIMI,

*QVEM IN GYMNASII AUDITORIO MAJORI*

SOLENNIORIBUS ORATIONIBUS

cras V. D. d. XXVI. Novembr. A. MDCCXXXVI.  
celebrandum indicebat

FESTUM,

AA, OO, OO, HH,

omni obsequii & humanitatis cultu  
invitaret

M. DAVID RICHTER,

Gymn. Gustrov. Rect.



ROSTOCHII, Typis ADLERIANIS, 1736.



Pro

1770

AD NATALEM  
SERENISSIMI LUCIS ATQUE  
PRINCIPIS  
DN. CAROLI  
LEOPOLDI

DUCE REGNANTE ARCHIEPISCOPI  
PHILIPPO WILHELMO  
SACRILEGII COMITIS  
SVEVENSIS TERRARUM ROTHEM  
STADII DUCIS  
DOMINI NOSTRI IN HOC CLARENTISSIMO  
SOLLENISSIMO ORATIONIBUS  
ANNO 1770 A MDCCLXXV

FESTUM  
ANNO 1770

IN THEATRO  
M. J. J. J.

...





כשש

**C**onsiliis Amicorum locum dabimus non plane nullum, & ex illorum sententia. pro Nominibus Nummisque profanis, dabimus Nomina Sacra, anxie haud conquirenda, sed quæ sextus, tertii, in hoc nostro Seculo XVIII. decennii, annus suppeditavit ex I. Chron. III, 22. & hoc quidem ordine se mutuo excipiunt:

וּבְנֵי שְׂכֵנֵיהָ שְׁמַעְיָה וּבְנֵי שְׁמַעְיָה הַטּוֹשׁ וַיְגָאֵל  
וּבְרִיָּה וַנְעֲרִיָּה וְשֹׁפֵט שִׁשָּׁה

TARGUM, sive Paraphrasis Chaldaica in hunc I. Chron. quam Cl. *MATTHIAS BECKIUS*, A. 1680. primus ex membranaceo Erfordinensi evulgavit, ad versus 16 - 23. nostri capituli tertii, deficit. Num vero iidem versus, in Codice Erpeniano, eoque locupletiore & magis integro, quemque Cl. *DAVID WILCKENS*, Amstel. 1715 edidit, translati legantur, affirmare neque, quia is ad manus meas non pervenit, uti quidem Beckianus. Vid. interim de utraque editione S. R. *WOLFII* Biblioth. Hebr. Part. II, Libr. VI. cap. 2. sect. 3. p. m. 1178. sqq.

POLYGLOTTA adeat addatque, qui vel usu eorundem, vel felicitate possessionis gaudet fruiturque.

SEPTUAGINTA illi interpretes, licet ipsa nomina misere corripuerint, singula tamen satis fideliter retinuerunt, ita reddentes:

A 2

194



Proj

καὶ υἱὸς σεχενία, σεμαία. καὶ υἱὸς σαμαία, χαττὲς καὶ Ιωήλ, καὶ  
 βέρρι, καὶ νωαδία, καὶ σαδάθ, ἔξ. Facile videbis, eosdem co-  
 dice non punctato usos fuisse, aut punctorum, vocaliumque rationem  
 habuisse nullam. Quid? quod ne literas quidem ipsas satis accurate  
 respexerunt. Τὸ δ' enim, in nomine *Jigal* habuerunt ἰ atque *Josl*  
 legerunt. Sic quoque cognatas quoad formam literas 7 & 7 non  
 sollicitè distinxerunt, pro *Nearja* vertentes, *Noadia*. Ne quid de  
 cæteris dicam. Hieronymo certe teste, in præfat. ad Domnionem,  
 Tom. III. (opp. Edit. Basil. 1553. quæ *CAVEO* in Hist. Liter. Script.  
 Eccles. f. 226. nitida plane & accurata vocatur editio.) fol. 20. ita in  
 Græcis Latinisque codicibus hic nominum liber vitiosus est, ut non tam  
 Hebræa, quam Barbara quadam & Sarmatica nomina conjecta arbi-  
 trandum sit. Nec hoc Septuaginta Interpretibus, qui Spiritu Sancto  
 pleni (ex sententia scil. Domnionis, ad quem scribit, non ipsius Hie-  
 ronymi, qui etiam in præcedenti præfat. in Lib. Paralip. f. m. 19.  
 septuaginta cellulas vulgo sine auctore jactari, scripserat,) ea qua vera  
 fuerunt, transtulerant, sed Scriptorum culpa adscribendum, dum de  
 emendatis inemendata scriptitant, &c.

VULGATA Bibliorum Versio, quam utriusque Juris Professor,  
 Dns. JOANNES de GRADIBUS, editam recensuit, quæque impressa  
 fuit Lugduni, per M. JACOBUM SACON. & Expensis notabilis Viri  
 ANTONII KÖBERGER, Nurenburgensis, feliciter explicit Anno nostre  
 salutis 1521. Nono Cal. Augusti, que est 24. Julii, ita singulorum ex-  
 hibuit Nomina: Filius Sechenia: Semeia, cujus filius artus & iegal &  
 baria: & naaria & saphat & sesa: sex numero. Titulum hujus Vul-  
 gatæ editionis integrum, satis fideliter relatum videbis in Biblioth.  
 Sacra le LONGIO BORNERIANA Part. I. p. 587. Licet etiam re-  
 centiores Vulgatæ editiones has legerint voces accuratius: cujus filii  
 Hattus & Jegaal &c. omnes tamen, justo majori usas fuisse libertate, fate-  
 beris, quia non solum sextum Semajæ filium adjiciunt, ex Hebraeorum  
 numero cardinali 7777 satis imperite in SESA transformatum, sed  
 textui præterea assuunt verba: Sex numero.

B LUTHERUS autem damnavit istam licentiam, ita vertens  
 in editione versionis suæ, quæ Luthero rogante & probante, per  
 BUGENHAGIUM, dialecto inferioris Saxonie reddita prodit:  
 Dorch



Dorch Borlach und Bekostinge des vornemen Mans Maurittii  
 Golzen, Bdrgers tho Wittenberg, und darfüloest gedruckt dorch  
 Hans Lufft. Im jare nhs Christi Jesu unses Heren Gebort  
 M. D. XLI. Im Augstman, ut satis appareat, quam multis inter-  
 polatis Theandricæ versionis editionibus Ecclesia Lutherana scateat,  
 & ab incautis Editoribus eidem temere imponatur, Vulgatam infei-  
 re æmulantibus. En genuinam Lutheri versionem ex hac A. 1541.  
 editione: *De Kinder Sechanja averst waren, Semaja, de  
 Kinder Semaja waren, Zarus, Jegeal, Bariach, Nearja,  
 Saphat, de sösse.* Singula totidem verbis repetita videbis in alia  
 ejusdem dialecti editione, Magdeburgensi MDXLV. dorch Hans  
 Walther evulgata, nisi quod literam j, consonam, cum vocali, i.  
 permutaverit. Neutram vero harum editionum observatam fuisse  
 videbis Bibliothecæ Sacr. *LONGIO-BORNERIANÆ* Part. 2. Sect. 5.  
 p. m. 247. Utrum igitur B. Megalander in sua Versione Fontem se-  
 curus fuerit, an Vulgatam respexerit, quæ multorum est cavillatio,  
 sine Oedipo nunc judicabimus.

Alia Bibliorum *VERSIO TIGURINA*, eaque germanica, sub  
 titulo: *Bibel Deutsch, das ist, alle Bücher alts und Nuws Te-  
 staments, den ursprünglichen sprachen nach, auff's allertreulichst  
 verteutschet:* quæ vulgo Leoni Judæ tribuitur & Lutheri vitula li-  
 benter arare solet (vid. b. *DIECMANNI* præfat. ad Edit. Bibl. Sta-  
 dens. A. 1690 & 1703. quæ est in Ejusdem Scriptis Germ. junctim  
 editis Part II. p. 14.) ita versum nostrum transtulit: *Die Kind-  
 aber Sechanja warend: Semaja. Die Kinder Semaja  
 warend: Zarus, Jegeal, Bariach, Nearia, Saphat, die  
 sechs.* Editio, qua usus fui, sine loci typographique mentione  
 prodiit MDXLIX. in forma, quam *Octavo*, barbære nominant. Ti-  
 tulus autem frontispicio, arbor est impressa, ex qua utrumque haud  
 difficulter ita colliges: *CHRISTOF FROSCHOVER ZVO ZY-  
 RICH.* Miraberis autem & hanc Tigurinæ versionis editionem de-  
 siderari in Biblioth. Sacr. cit. p. 249 - 251. licet egregia afferat, quæ  
 historiam hujus versionis illustrant

*CASP ULEMBERGIUS* in sua Versione Germanica *CORNE-  
 LIUM CORNELII A LAPIDE* transcripsit. Hic enim videns,  
 inauditum nec tolerandum esse, unam eandemque vocem bis ver-  
 A 3 tere



tere, Vulgatæ quidem suum SESAM reliquit & cum Luthero senarium secutus est, sed ita tamen, ut Vulgatam retinuisse videri posset. Quare ita transfert: *¶ Saphat, sex numero.* Similiter ULEMBERGIUS: und Saphat, sechs an der Zahl.

PISCATORIS Versio germanica, quam verius JUNIO TREMELLIANAM diceremus, eodem fere modo nomina, ultimas autem binas voces reddit: und Saphat (diese) sechs.

Judæorum germanica JOSEPHI ATHLÆ, & BELGICA, fontem secuta, nullum Sesa admittunt, sed post Saphatum legunt, sechs, sesse. Vid. BIBLIA PENTAPLA.

MYSTICA & PROPHETICA, quæ ita dicuntur, BIBLIA, & D. H. HORBIO adscribuntur (Vid. Unsch. Nacht. 1712. p. 724.) consentiunt melioribus versionibus, quia ultima verba ita in nostram transfuderunt vernaculam: Und Saphat, die sechs.

Facile ex his Scripturarum peritus intelliget, cardinem totius rei in eo volvi, non ut de accuratiori redditorum nominum lectione vera, varie disquiramus; sed ut ultimæ præsertim vocis sollicitam habentes rationem, anquiramus: Utrum sit appellative cum 70. Luthero, Tigurinis, Aliisque; An ex Natura Nominis Proprii secundum Vulgatam aliosque transferenda? Illud si placuerit, causa erit afferenda, quæ senarium ex Semajæ filii numerum supplere & elicere possit. Hinc varios Interpretes excogitarunt modos, quibus huic quidam obviam irent difficultati. Horum vero varietas & multitudo ne & nos obruat, in tres classes eosdem dispescimus, quia in totidem abeunt vias atque sententias.

PRIMA est temeritatis, quam ingressus est SEB. CASTALIO, impudenter ad h. l. Tom. II. Critic. Sacr. clamitans: *Et hic locus mutilus est. Cum enim dicuntur esse sex. nominantur tantum quinque.* Parum ab incauto Castalione alienus videtur FLAMINIUS NOBILIUS, in suis ad 70. notis, ad nomen Saphat, scribens: *In vulgata additur & Sesa, quod in Græcis codicibus, etiam in Complutensi, videtur desiderari, ad explendum numerum senarium.* In Pontificio autem homine hoc erat æquiori animo ferendum, quia per Conc. Trid. Decret. sessione IV. *Vulgatam pro authentica habere ita debuit, ut eam nemo rejicere quovis prætextu audeat vel presumat.* Quotus.



rusquisque autem non vider, hanc esse animi levitatem, Scripturam S. corruptionis aut mutilationis infimulare, cum eandem rite tractare nescias?

SECUNDAM viam dabimus simplicitati, quam illi tamen perditte amant, qui novo & inusitato more Hebræorum ששׁ bis vertunt, & nominis Proprii naturam eidem conciliantes. per: Sesa, & eandem appellative vertentes, per: *Sex numero*. Eandem cum Vulpatores & Corruptores tanti Phidia Operis, rectius Interpretatores & Corruptores tanti Phidia Operis, nominandi, quia cum hac versione Saphat, Sesa, die sechse, Fontium ignaris imponunt. Inscitia enim Hebraica lingua est ששׁ legere per Sesa. Est enim ששׁ quoad suam formam Nomen Substantivum Fœmininum Singulare, quia cum Verbo ejusdem numeri, licet masculini Generis, (cujus non una posset soletque ratio allegari) construitur, v. gr. 1. Chron. 3. 4. ששה נולד לו. *Numerus Filiorum Senarius genitus est ei*. Quoad suum significatum vero, utique est adjectivum, atque ex more numeralium Cardinalium Substantivo suo, modo præponitur, v. g. Gen. 30. 20. Exod. 28. 10. modo etiam ex Adjectivorum natura eidem postponitur. Sic habebis 1. Chron. 26. 27. הלויים ששה & 1. Chron. 4. 27. invenies ששׁ ובנות עשר. Confer Numer. 31. 44. Exod. 28. 10. Neque infirmum movebit BUXTORFII. I. sive Patris, autoritas, in suo Lexico Hebr. & Chald. nomen ששׁ ad femina rejicientis, & nostrum ששה. masculinum pronunciantis. Utrumque enim (etiam in tota cæterorum Numeralium doctrina) invertendum erat, quia illud est gen. masc. hoc fœminini, & Optimum Autorem fugere non poterat, *adjectiva numeralia singularis numeri non modo plerumque conjungi cum substantivis pluralibus*, quæ ipsius est regula in Thef. Gram lib. 2. cap. 2, p. m 342. à b. GLASSIO in Gram. Sacr. canone. 5. p. m. 551. comprobata; sed etiam, quod præcipue cum b. DANZIO in Interpret. cap. 1. §. 5. ad erroris evitacionem observandum fuerat: *Numeralia Cardinalia a Tribus ad Decem Substantivis suis adharere in GENERE discrepante*. Quemadmodum enim שרושׁ & ארבע ad form. ארבע



אכוב sunt gen. masculini, & שְׁלוּשָׁה ad formam בְּשׁוּרָה, atque  
 מְרַבְעָה ad formam מְרַבְרָה oppido feminina sunt; ita etiam שׁ  
 ex שְׁרֵשׁ vel ex שְׁרֵשׁ ad formam לֵב vel גֵּר, media per syncopen  
 excidente, vid. b. DANZII Compend. Gram. §. 56. l. 4. (Hic enim  
 num. 4. uti & §. 25. II. observat. 3. β. atque in paucis aliis, in Com-  
 pendio est plenior quam in Literatore) est gen. masculini, atque  
 שְׁשָׁה pro שְׁרֵשָׁה est femininum, quod post monstratam syncopen,  
 præcedens (:) secum tollit, DANZII Gram. §. 17. caut. 1. 2, ita ta-  
 men, ut hanc abjectam literam mobilem compenset per Dagesch,  
 ibid. caut. 3. α. Haberes itaque שְׁשָׁה, in cujus prima syllaba, quia  
 est composita, longa vocalis non toleratur. Vid. §. 17. hypoth. I.  
 ergo in cognatam brevem ex §. 18. l. 1. corripitur, ut Dagesch, ab-  
 jectæ literæ mobilis index, possit conservari. Sic natum renatum-  
 que prodibit nostrum שְׁשָׁה satis luculenter docens, nec proprium  
 nomen Viri inde exculpi, nec accurare per *Sesa* efferrî posse. Fal-  
 lit proinde Tabula Sacra Geneal. XVII. Summi quondam Viri, &  
 sua ætate, inter Suos, Exegetarum Principis, quemque b. FECHT-  
 US Prælect, in Syllogen p. 284. *Virum ad interpretandas Sacras li-  
 teras natum factumque* appellavit. SESAM namque in eadem sextum  
 Semajæ filium connumeravit, quam certe inusitata & prorsus divina  
 Tanti Ingenii ubertas, si Vulgatae autoritatem negligere placuisset,  
 nunquam admisisset, neque inter posteros Josiæ Regis recepisset. Ne-  
 scio interim, ne quid subdole dissimulem aut reticeam, quomodo  
 ista, cum Observatis Suis Genealogicis, quæ *Tabb. Sacr. Geneal.* præ-  
 misit, in gratiam reducere possim, in quibus num. 69. plag. D. 2.  
 non solum clarissime testatus est, *In numerando, Liberos interdum  
 cum parentibus connecti*, sed aperte etiam hoc Observatum illustravit  
 appositione nostrimetipsum loci 1 Chron. 3. 22. nisi dixeris, hoc ex  
 Aliorum mente ita relatum fuisse. Licet etiam ibid. observato 52  
 & 53. saniora præcipere videatur, in SESÆ tamen gratiam, palam  
 effecti atque retinendi, hunc canonem, qui est in Collegii mox ci-  
 tandi, cap. 4. de Principiis & Mediis Hermeneviticæ Sacrae, nume-  
 ro. 31. mus, formatum dicerem: *Nomen appellativum non facile pro  
 Nomine Proprio suscipiendum est, ubi tamen idem Nomen, modo Appel-  
 lativum*

Præf.



lativum, modo Proprium esse potest, primum tentandus est sensus Appellativi, qui si non succedit, tum ad proprium transiri fas est. Habitum enim fuit Collegium Hermeneuticum b. Autoris, circa Textum sacrum occupatum A. 1710. atque A. 1711. d. 20. Maj. absolvebatur, adeoque Tabulis Geneal. est posterius, & in MSTo. Appellativi itaque sensus, quia non successisse videtur, ad proprium SESÆ transit. Sed properandum nobis est, utingrediamur,

TERTIAM Viam, quam Pietatis esse dicimus, quia divinam, qua pollet Scriptura S. Majestatem, summa, uti decet, castitate, veneratur, & eandem pro aris focusque defendit. Nodos etiam, si qui occurrunt, non dirumpit, sed solvere; montes, ubi eminent, superare; Dubia quæ injiciuntur, ad certiozem lucem revocare, & ipsa ἀλυτα, si quæ sunt, atque δυσνόητα, si non explicare, saltem reverenter tentare conatur. Duobus vero modis præcipui Scripturum Scrutatores student senarium in hoc versu numerum supplere vel expiscari, aliis Patrem Semajam connumerandum statuentibus, aliis ad filium in utero latitantem, sed certo nasciturum, respicientibus.

PRIMAS autem & partes & locum dabimus S. **HIERONYMO**, in Question. seu Traditionibus Hebraicis in Libr. Paralip. Tom. III. fol. 252. ita scribenti: *Sechenias habuit filium Semeiam unicum, qui habuit quinque filios, Athus, Jegaal, Baria, Navia, & Saphat: quibus cum patre suo Semeia, qui unicus pater erat, sex computantur.* Eundem conciliandi modum adhibet inferius. Quando enim ex veritate Hebraica LUTHERUS 1. Chron. 7. 3. ita vertit: *De Kinder Bsi weren, Jesraia. Averst de Kinder Jesraia weren Michael, Obadia, Joel und Jesia, de Wive, vnd weren althomal Hövede: Stridonensium Doctor hæc de iis loc. cit. fol. 255. exposuit: Filii Israiba, in Paralipomenon quinque dicuntur esse, & non sunt, nisi quatuor, sed annumeratur cum eis Pater eorum Israiba, qui unicus Patri fuit, & sunt suo Ozi quinque.* Hanc quippe regulam secutus forsân videretur **HIERONYMUS**: Quotiescunque pater, unicus filius sui Patris, filios numerare dicitur suos, toties ipse Pater, filiis hisce suis jungendus atque connumerandus est. Utrum vero, immobilis illa sit, an facile per producta in contrariam partem exempla, infringi possit, spatii angustia cum aliis causis, discutere pluribus veterunt. Haud  
B
alienus



alienus est ab Hieronymo *VATABLUS*, ita ut ejusdem auctoritatem fabricasse videri possit. Ad 1. Chron. 3. 22. enim, ad vocem *וְשֵׁשׁ* tradit: *Comprehensio scil. Patre Semaiah, nam quinque filios ejus tantum enumerat. Aut dic* (quæ Vatablo sententia videtur propria) *nomen unius esse omissum.* Hoc ultimum vero *εὐρημα* exegeticum, licet expeditissimam viam conciliationis Scripturarum docere videatur, ve-reor tamen, ne satis sit validum, & æque facile *τὸ: Dic s. αὐτὸς ἔφα,* per alterum, *Nega*, tollatur. Interim & ad 1. Chron. 7. 3. hæc *VATABLI* leges: *Quinque fuerunt, comprehenso patre, & hi omnes Viri clarissimi.* Periculum etiam quilibet faciat, num per illud: *Dic, nomen unius esse omissum*, solvere poterit, 1. Chron. 4. 32. aliaque quam plurima, huic similia. Ex Hieronymianis denique Traditionibus quilibet emunctioris naris facile judicabit, Hieronymusne Auctor sit Vulgatæ, an minus? Sed audienda quoque est.

*ALTERA*, Pars, illiusque agmen instruent Judæorum Magistri, quos vulgo Rabbinos vocamus, illosque osiores habere solent acerrimos, qui eorundem sunt ignarissimi. Haud itaque nos offendat b. *LUCÆ OSIANDRI* judicium, quod in *admonitione de Studiis Privatis recte instituendis*, apud M. *STEPHANUM PRÆTORIUM*, in *Ratione Formandor. Studior.* pag 204. de Rabbinis tulit *Qui vero, iniquis, in id incumbunt, ut Rabinorum commentarios hebraeos intelligant, alium & operam perdunt. Nam in explicatione S. Scripturæ non magis Lectori profunt, quam si ab homine cæco viam sibi monstrari Theologiæ Studiosus peteret.* Minus quoque iisdem faventes videbis *Relationes Innoxias A. 1702. Dominica 14. Membro II. num. 27. p. m. 233. & CLERICUM* in *Arte Critica Part. I. Sect. I. cap. 4. §. III. num. 13. p. m. 93. edit. Lipf.* Saniorem certe fautrix natura mentem concessit Magno illi *CALOVIO*, qui, licet non usque adeo necessarium esse ad *Interpretationem Textus Sacri putaverit, ut scripta pervolvantur Rabinorum*; Veritati tamen cessit, ingenue confessus: *quanquam interim non diffiteamur, ea suos habere usus in Grammatica vocum significatione, &c. in Hægog. ad Theoll. Lib. 2. p. 84.* Quem vero, quæso, & literæ & literalem sensum assequeris, nisi Grammaticam vocum significationem callentissime imbibieris? Vide & releges b. *GLASSII* *Orat. Gram. Sacr. præmissam,*



sam, quae est in Philol. S. p. m. 510. sqq. cui addes nubem illam  
 Clariss. Autorum, quos b. PFEIFFERUS in Dedicat. Methodi suae  
 Ebraeae, statim sub initium excitavit. Sed vero quid causam ago  
 Rabbiorum, quae jamdudum idoneos audivit judices? Vide instar  
 omnium b. GLASSIUM Philol. Sacr. Lib. II Part. 2. circa finem p. m.  
 506. sq. & DASSOVII Rabbiniismum Philol. Sacr. ancillantem & ex  
 Jer. 23. 5. 6. exhibitum 2. dispp. A. 1674. Witteemb. Pietatis profe-  
 cto est, quod cum Philone Judaeo atque Eusebio, ipse etiam BEL-  
 LARMINUS de V. D. Lib. II. cap. 2. p. m. 109. edit. Ingolst. 1599  
 in 8vo. asseveret, *quemlibet Judaeum centies potius moriturum, quam  
 ut pateretur, Legem in aliquo mutari.* Prodeat ergo ad hunc no-  
 strum 1. Chron. 3. 22. locum R. SALOMON, cum hac sua inter-  
 pretatione, **אינם אלא חמשה ויש בו טעם כמו שכחוב**  
**למטה במשמרת הלויים לירותין בני ידותן גדליהו וצרי**  
**ורשיהו חשביהו ומתיהו ששה ואינם כי אמר ה**  
*i. e. Non isti, scil. adsunt, sed quinque. Sensum vero admittit, quem  
 infra scriptum reperies in Ephemeris (sive Stationibus) Levitarum.*  
 Sic enim 1. Chron. 25. 3 leges: *Jedibuni: Filii Jeduthunis Gedal-  
 jahu, & Zeri, & Juschajahu, Chaschabjahu, & Mattithjahu, Sex.*  
*Sed non isti, scil. reperiuntur, sed tantum quinque.* Nullus autem  
 dubito, quin L. B. palam indignetur, causatus, Nodum non fuisse  
 א רשי solutum, sed novis nexibus implicatum auctumque. Tan-  
 tum enim abesse ut de Semajae sex Filiis rationem attulerit legiti-  
 mam, ut novo potius dubio eandem commiserit. Sed salva res est.  
 Audiamus eundam JARCHIUM ad 1. Chron. 25. 3. ita differentem.  
**לא המצא אלה ה אמרו היתה מעברת את שמעי וראת**  
**ברוח הקדש שגם הוא עתיד להיות ראש משמרת לפיכך**  
**אמר השם והו שנאמר לפנינו העשירי שמעי והו**  
**שיסר הפיוט רשום מכטן להפקיד במשמרת הקדש**  
*i. e. Non invenies, scil. istos sex, sed quinque. Sunt qui dicunt, ma-  
 trem gestasse in utero Simej, & Spiritum S. vidisse, quod & hic futu-  
 rus esset Princeps Ephemeris. Hanc ob causam ita dixit DEus. Ideo  
 quoque in subsequens versu 17 dicitur: Decima, scil. classis v e  
 B 2 custo*



custodia, erit Simej. Ideo Poeta (sic Autorem Libri hujus secundarium, rectius per הפיוט scribendum, nominat) hoc fundamenti loco indicare voluit: Designatus est ab utero adpræficiendum, sive, ut præsit, Sancto, sive Sanctuario. Quemadmodum itaque I. Chron. 25. 3. sextus subintelligitur SIMEL, v. 17. indicatus, modo autem embryo, nedum in lucem editus, ita quoque ex mente R. Salom. I. Chron. 3. 22. sextus fuit connumeratus, quia revera quidem exiit, sed in dias luminis auras nondum prodierat. Concinniori etiam modo, propiusque ad metam contingit R. DAVID KIMCHI, qui, licet ad priorem I. Chron. 3. 22. locum nihil exposuisset, ad hunc tamen I. Chron. 25. 3. ita mentem suam explicat: ואמר ששה ואינם אלא חמשה אבל במספר הגורל מצאנו אחד שאינו הנה והוא שאמר והעשירי שמעי. ונמצא בהגדה כי כשחלקם דוד היו לירדותן חמשה בנים והיתה אשתו מעברת משמעי וראה ברוח הקדש שגם הוא יהיה ראש משמרה לפיכך אמר ששה ויתכן לומר שהיה קטן ואז ולא היה עדיין ראוי לשרד ולהיותו ראש משמרה עד שגדל והיה ראש משמרה לפיכך ספרו במספר הגורל לפי שהיו מלמדים אותו והיה עתיד להיות ראש משמרה  
*i. e. Dixit equidem sex adesse sed isti non sunt, sed tantum quinque. Sed vero in numeratione sortis inveniemus unum, sive quendam, qui non h. l. extat, & hoc est quod dicit, versu nempe 17. Iste decimus est Simej. Reperiemus autem in uberiori illa & mystica explanatione, quod cum distribuere eos David, fuerint Jeditbuno quinque filii. Quia autem uxor ejus gravida erat cum Simej, tunc vidit per Spiritum S. quod & iste futurus esset Princeps aliquis sive Antesignanus ex Ephemeris illa. Idcirco dicit Sex. Potest etiam dici (Novam, aliamque nunc affert conciliandi rationem, hanc nempe) quod Sextus ille fuerit parvus, sive tenellus tunc, & quod nondum fuerit dignus, qui ministraret aut esset caput sua custodia. Propterea annumerat eum in numero sortis, siquidem fuerunt informantes cum, & futurus erat præesse tanquam caput Ephemeris. Eadem fere verba suo inseruit Michael Juphi R. SALOM. BEN MELECH, fol. 213. fac. b. col. 1. circa fin. quem itidem ad I. Chron. 3. 22, elinguem fuisse, facile reperies*



peries. Utrique horum, calculum suum adiciunt *VATABLUS* ad I, Chron. 25. 3. & *CORNELIUS CORNELII A LAPIDE* cujus posterioris ad h. l. hæc sunt: *Recensiti hic sunt quinque duntaxat, ut patet eos numeranti. Deest ergo sextus, quem verisimile est, esse Semeiam, qui nominatur v. 17. in decima sorte: Semeias enim non nominatur inter filios Asaph, nec inter filios Heman. Fuit ergo filius Iditbun: horum trium enim filii hic describuntur, ut patet vers. 1.* Utra vero harum explicationum ab Hieronymo & Rabbiniis allatarum, Tibi placuerit, mea parum referet, quia Hieronymum vera scripsisse ad Paulinum sentio, Tomo III. Opp. f. m. 9. hæc profertem: *Paralipomenon liber, id est, Instrumenti Veteris epitome, tantus ac talis est, ut absque illo, si quis scientiam Scripturarum sibi voluerit arrogare, se ipsum irrideat. Per singula quippe nomina, juncturasque verborum, & prætermissa in Regum libris tanguntur historia, & innumerabiles explicantur evangelii questiones.* In præfat. autem in Lib. Paralip. ad Domnionem, fol. 20. palam *Ad extremum*, asserit, quod *omnis eruditio in hoc libro contineatur.*

Restaret, ut de significatione allatorum Nominum, quæ pro diversitate lectionis non potest esse non varia, paucis edissererem; Sed hæc ipsa Nomina imperare mihi videntur ut ad eam potius veniam orationis partem, quæ huic scribendi lætissimo officio fere est propria, præsertim cum horum Nominum interpretatio & lætissimum aperiat campum, humillimæ meæ pietati satisfaciendi, & regulam præscribat doceatque eandem exercendi. Sic *SCHECHANJAH* postulat, ut subjectissimo habitu gratias DEO offeramus, quod in his afflictis perditisque temporibus *commoratus* nobiscum fuerit sua gratia, præsidio, & consolationibus cælestibus, Nosque dignos habuerit suo *habituaculo*. Supplices itaque precemur, ut porro nos faciat sibi sanctuarium, in quorum medio *habitabis* Exod. 25. 8. conjunctisque suspiriis oremus: *Ne recedas, optime DEUS, mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit & inclinata jam est dies, noxque appropinquat, non una nox, sed multa &c. &c.* Vid. *LUD. GRANATENSIS* Flores Parte 6. p. 235. fac. b. vel b. *ARNDTII* Hortul. Paradif. Part I Orat. 16. 40. & Part III. Orat. 3. Audiet Jehovah, dicit *SCHEMAJAH*, precesque sibi gratas, no-



bisque ex 1. Tim. 2. 1. sqq. imperatas, ita audiet, ut, quas pro  
 Salute & incolumitate *Serenissimi Patriæ nostræ Pa-*  
*tris Ducisque, Domini CAROLI*  
**LEOPOLDI, Ducis Regnantis**  
*Meclenburgici, Principis Vetustæ Gentis He-*  
*netæ, Sverini & Raceburgi, Comitis item*  
*Sverinensis, Terrarum Rostochii atque Star-*  
*gardicæ Dynastæ &c. Domini Nostri Clemen-*  
*tissimi, accendimus, divinitus quoque suum pondus roburque*  
 accipiant. Delicia Domini (Prov. 8. 12.) *habitent*, secure super  
 EUM, protegantque EUM quovis die, & inter humeros EJUS  
*habitent.* Deut. 33. 12. *Audiat Dominus* Tribuatque ei desiderium  
 cordis EJUS & voluntate Labiorum EJUS non fraudabit EUM  
 Psalm. 21. 3. Misereatur autem & Jehovah populi EJUS, quia tre-  
 diti sumus ut conteramur, *jugulemur*, (שׁוּחַטֵינוּ enim per metathesin  
 literarum est שׁוּחַטֵינוּ) & pereamus. Esth. 7. 4. וְשׁוּחַטֵינוּ  
 הַעֲמִיקוּ. Sis maneatque GOEL EJUSDEM & suorum subdito-  
 rum ab *extensa* s. Potentiori potestate fere oppressorum. BARI-  
 ACH qui *extensus* audit, votum suggerit pro SERENISSIMA  
 PRINCIPE FILIA, ex Psalmo 80. 12. fundendum. *Extendat DE-*  
 US exercituum, palmites EJUS usque ad mare & ad fluvium usque  
 (Euphratem) teneros ramos ejus. (utrobique enim suffixa habebis  
 fœminia.) NEARJAH autem, qui *excipientem* Dominum indicat,  
 docebit nos, ut pro SERENISSIMA DOMO MECLENBURGICA  
 OMNI, apud DEum summa intercedamus religione, ut EJUS-  
 DEM כְּנֵי הַנְּעוּרִים (quos ex Romanorum more aptius, *Prin-*  
*cipes Juventutis.* Vid. SPANHEM de Usu Nomism. Disp. 8. p 669.  
 & Autores alios quam plurimos in Lexico FABRO-CELLARIANO,  
 voce *Princeps*, dixeris, quam cum Septuaginta & Vulgata *Filios*  
*excussorum* appellaveris) sint sicuti sagittæ in manu potentis, Psalm.



127. 4. Pietatem ergo Nehemiae imitabimur, qui oram vestimenti sui excutiens, Sic *excutiat*, inquebat, DEUS omnem Virum, qui non compleverit Verbum istud, de Domo sua, & de laboribus suis: atque sic *excutiatur* & vacuus fiat. Dicitque universa multitudo, Amen. Nehem. 5. 13. SCHAPHAT superest, judicaturus de *ἡρώ*, & cur ejusdem tam sollicitam curam gesserimus, rationem requirat. Scias autem, L. B. Senarium hunc numerum mihi ab ipso hujus tertii decennii sexto anno, fuisse suppeditatum, & quia nihil frequentius est, quam de Temporum injuria, miseria, infelicitate &c. querelas fundere, Ipsius quoque Temporis rationem adhibui in consilium. Non quidem, ut mihi persuasisset, Internam Temporis rationem a me pervestigari posse, quam nec divina AUGUSTINIANI ingenii acies, qua tamen Hipponensium Praeful multum valebat, assequi potuit: Vid. THOMASII (Jac.) disp. de Tempore habitam Lips. A 1659. Ejusdemque Praefationes, Num. 31. p. 169. sqq. & M. BURCHARDI Repertor. Philos. p. 90- 97: quamque Temporis Metaphysicam Naturam, per synonymum *durationis* Alii palliare solent solent, vide quae ex CLERICI Ontologia adduxit BUDDEUS in Philos. Instrum. Part. 4. cap. 2. §. 12, quia ne *Durationem Infinitam* quidem admittere adeo, vid. CHRIST. FRANCKII Exercitat. Anti-Limborch. 2dam, p. 55. sqq.; Sed ut Externam saltem Temporis conditionem, quam Physicam quoque nominamus, & quae mortalibus cognita est, consideraverim. Adeo enim quolibet fere seculo hic annus XXXVIus mihi commemoratione dignus visus fuit, ut, si cum hoc nostro conferatur, illum emollire atque ad meliorem spera erigere valeat. *Quemadmodum* quoque, BODINO Autore, de Republ. Lib. II. cap. 2. p. m. 641. edit Ursellis 1601 *hominem aliter pictor, aliter medicus, & animum aliter physicus, aliter Theologus contemplatur; sic quoque Rerumpubl. CONVERSIONES aliter Politicus, aliter Astrologus, aliter Theologus, dijudicat.* Ignem proinde nostrae pietatis, quem arae nostrae impositum videt SCHAPHAT, dijudicabit ex signis externis & flammis foras erumpentibus. Per nos enim prodibit

Par



*Par Juvenum ob pietatem, diligentiam, morumque honestissimam elegantiam, Optimis quibusvis commendatissimum.*

JOHANN OTTO de VIERECKE, Eques Meclenb. & CHRISTOF. NICOL. RECHLIN, Buroviens. Mecl.

Quorum HIC Orat. Lat. in memoriam nobis revocabit

*Statum Patriæ Nostræ, qualis ille fuit A. 1436.*

indeque arceffet subjectissimum suum officium, Serenissimo Duci gratulandi lætissimum Natalem.

ILLE vero metro germ. canet idemque præstare sataget

*ex Utriusque seculi XVI. & XVII. annis, 1536. nempe & 1636.*

Ut vero Ingeniis hisce Juvenibus augeatur dicendi alacritas, placendique Summis Viris Studium, IISDEM quoque probetur, AA. OO. OO. HH. omni humanitatis officio atque contentione invito, ut Auditorum coronam, sua luce faciant clariorem, Juventuri autem stimulus injiciatur, laudatissimis suorum Commilitonum vestigiis insistendi & Luminibus Patriæ nostræ placendi. Salutem Utriusque Reipubl. qui VOBIS commendatam habetis, dabitur hoc quoque justissimis meis precibus, videbitisque coram, *ne quid etiam ex Juventute, futura nostra posteritate, detrimentum capiat Republica.* Socias jungamus orationes, sublatisque ad cælum palmis, DEUM T. O. M. invocemus, ut *filiis nostri sint sicut novella plantationes, solerterque educati in Juventute sua, Psalm. 144. 12. repleti fructibus justitiæ, sicuti arbor illa frugifera, Psalmo 1. descripta, qui per JESUM CHRISTUM fiant*


IN GLORIAM & LAUDEM DEI!

Phil. I. vers. II.











De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies  
 Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen  
 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis stu-  
 diis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, institui-  
 ret werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande  
 schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w  
 Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie ent  
 der Universitæt nach Helmstädt mit Nuß verschick  
 Cum deinde turbulento *Brunsvicum*, mox vero Gv  
 tum adiiisset, in secessu vicino *Zessen* ab Avia sua te  
 receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates aut  
 fementes, dictaque Monasteria latius enarrabant Auto  
 Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque  
 stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d.  
 præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M  
 Bericht nach, sollen die Salz-Roten jährlich 2 Tonnen  
 tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g  
 Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena  
 richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet.  
 vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar.  
 SIGIUS, plenior sine dubio dabunt notitiam in *Bt*  
*xon. Super.* p. 941. In templo Cathedrali Halensi  
 runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore  
 liberorum Parentis facti, cujus πολυγενίας alia plurac  
 peditabant exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17  
*CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II.* p. 286 - 2  
*Jac. THOMASII, Oratt.* p. 121. *LANSII Consult.* p. n  
 omittam *STEPNERUM in Inscript. Lipsiensibus: A*

